



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 22. Secretum Legati colloquium cum Cæsare.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

„tere, multis ibi occultis molitionibus Sæcul. XVI.  
„servescentibus, quæ nisi celeriter ex- A C. 1563.  
„tinquerentur, universum Imperium op-  
„primere potuissent: nec satis est Ro-  
„manorum Regis præsentia, eoque se-  
„dandis Hungariæ tumultibus ipsem et  
„distentus sit, ac semper in more posi-  
„tum fuerit, ut majoris momenti ne-  
„gotia de rebus Imperii ad ipsum Cæ-  
„sarem deferrentur... .

§. XXII.

*Secretum Legati colloquium cum  
Cæsare.*

**H**æc Ferdinandum inter, & Legatum *Pallav. cap.*  
præsentibus Cæsareis Ministris hu-*15. n. I.*  
cusque fuere agitata, evoluto autem  
quodam temporis spatio Moronus cum  
eodem Imperatore secretum habebat  
colloquium, in quo multis præmissis, ac  
dilucidatis quæstionibus tandem in se-  
quentes articulos utrinque conventum.

## §. XXIII.

*Articuli Cæsaris, & Legati consensu  
stabiliti.*

I. Cunctis Synodi Patribus plena re- *Pallav. n.3.*  
linquatur libertas in ferendis sen-  
tentiis. II. Digressiones vagæ, & ad  
rem non pertinentes præcidantur. III.  
Patres teneantur ad suas opiniones mo-